

ducta, sitq; ut perpendicularis e b secet circulū a b g in puncto p, & sit arcus b s minor arcu n b, ergo & arcus x p qui est æqualis arcui b s, per 53. primi huius, minor est arcui p y æqualis b n, ergo arcus x q s, remanet maior arcu y k n, ergo per 43. primi huius, angulus x s q est maior angulo y n k, radius ergo o s non reflectitur ad punctum f, sed ad aliud quod punctum lineæ f c, quod sit h, portio enim circuli y k n, quæ est æqualis portioni n b q, est minor portione x q s, quæ est æqualis portioni s b h, copulentur quoq; lineæ o e, si itaq; fixo latere e h, quadrangulum o e h s, intelligatur moueri quousq; lineæ o s, redeat ad locum unde exiuit, tunc punctum s motu suo describet in superficie speculi circulum à cuius totali periferia, fiet reflexio ad punctū diametri speculi qui est h, & similiter de quibuscunq; alijs radijs incidentibus superficiei speculi æquedistanter radio e b, semper enim fiet reflexio omnium sibi similibus radiorum à periferia unius circuli totius speculi ad unum punctū diametri ipsius speculi, & lineæ radiales ppinquiores diametro reflectuntur ad punctū propinquius centro c, & lineæ radiales remotiores diametro, & æquedistantes illi reflectuntur ad punctum remotius centro quod est c; in quocunq; autem illorum punctorum ponatur aliquod corpus combustibile, per radios reflexos incendet, sed quia radij sunt pauci & debiles, oportet ut combustibile diutius in puncto collectionis radiorum moram trahat, patet ergo propositum, et hoc speculū quantum ad actum combustionis efficacius est speculo composito ex planis speculis, de quo locuti sumus in fine quinti libri huius sciētia, posset quoq; per diligentia artificis aliquod speculū ex pluribus huiusmodi speculis cōponi, qd' esset maioris efficacie ad comburendū, hoc autē relinquimus industriæ pquirentis, qā sufficit nobis in ppositū, hoc modo demonstratū.

LIBER NONVS

PERSPECTIVAE VITELLIONIS.

IN præmissis libro passiones speculorū sphaericorum cōcauorum p nostro posse pertractauimus, sup est nūc ut speculorū columnariū & pyramidalium cōcauorum proprietates aliquas demonstremus. In his enim speculis quasi omnium præmissorū speculorum proprietates concurrunt, planorū quidem, cum in illis à linea longitudinis speculi sit reflexio, columnariū quoq; & pyramidalium conuexorum plurimæ passiones in hac concaua specula descendunt, qm istorū & illorū cōformis est generatio secundū figuras, à quibus in utrisq; provenit quædam conformitas passionū, nisi quod hinc & inde secundū naturā conuexi & concaui passiones quodāmodo secundū sitū contrarie disponunt, ex quo accidit, ut quandoq; lineæ reflexæ in conuexis speculis fiat locus imaginis in concauis, & econuerso, & ob hæc eadem principia in his speculis & in illis sunt (præmissis figuris) cōformiter assumenda. Sic itaq; omnium speculorum regularium pro nostrarum uirium & experientia possibilitatem passionibus aliquantulisper tractatis ad aliqua specula figurarū irregularium & compositarū mentem conuertimus, uidentesq; quod antiquorū Geometricarum diligentia & sollicitudo circa speculorū comburentiū, aliquorum totali superficie ad unum punctū naturalem uel mathematicum sit reflexio luminis & formarū incidentium plurimū est uersata, ut circa rem sciētia Geometriæ plurimam subtilitatē rebus naturalibus applicantem, actionem quoq; naturalium formarum accelerantem in pductione effectuum mirandorū, huic negotio curam consequenter in hoc libro dedimus, ut rei ad quam sicut ad finem nobilissimum omne quod de natura quorumlibet speculorum præmissus aliquantulisper tractatis ad aliqua specula figurarū figura talium speculorū comburentium in una superficierum planarū, ut patet per ultimā 5. huius, nō est possibilis, sicut nec ab aliqua una superficierum cōuexarum quacūq; siue illa conuexa superficies fuerit sphaerica, ut patet per ultimā 6. huius, siue fuerit columnaris uel pyramidalis, ut patet p penultimā 7. huius, possibile est radios aliquos aggregari

m m

gari